

Ecclesiasticum ac etiam Religiosorum, ab exordio ipsius Ecclesie usque ad finem, equus ergo, est omnis Ecclesiastica multitudo, & etiam Christianorum, prout sustinet, ac sustentat talem potestatem: sessor vero componitur ex omnibus Prælati, ac superioribus Ecclesiasticis.

117. Principatus Ecclesiasticus in equo nigro annuntiat, ad ostendendam integritatem, & inviolabile jus justitiæ. Nam niger color obscurat, & obtenebrat oculos, ne videant, ut patet in nocte obscura. Quomodo obscuratum est aurum optimum. Thren. 4. num. 1. Alii legunt: denigratum est; verus Prælati, verus Judex debet habere oculos obscuratos, & obtenebratos; in cuius rei exemplo dicitur de Deo veniente ad iudicium: Caligo sub pedibus eius, nempe densa est, & obscurata caligo. Psalm. 17. num. 50. Ex quo etiam sensu dicitur Nahum 1. num. 3. Dominus in tempestate, & turbine via eius; & nebula pulvis pedum eius: hac ratione, cum olim iudices ad iudicandum accedebant oculos obvelatos asportabant, ne attenderent, ad personas hominum, nec iudicarent secundum affectum amotis, vel odii, sed ut merita exigebant.

118. Secundò, eo sensu, Ecclesiasticus principatus representatur in equo nigro, ac comæ capitis sponsi dicuntur nigra sicut corvus. Cant. 5. num. 1. quod ut explicant, D. Grego. Nyss. D. Gregor. Papa, Cassiodorus, Philo. Carpat. Justus Orgilitan. Beda. Richard. de S. Victore, qui omnes per comas Christi, intelligunt Apostolos, justos, & electos, ut explicat. cit. Richard. Nigredo bonorum, quod peccatores se reputant, & peccatorum suorum verecundiam in vultu portant: despectionem quippe eligunt; contemptum aquanimiter ferunt; vilia opera, & sordidam habitum appetunt: scientes in hac humilitate pretiosum Christi thesaurum latere. Hac est nigredo bonorum, in qua se corvus assimilant. Sic & boni, ac recti Prælati Ecclesie equo nigro comparantur; quo ob velocem cursum, quem habent ad lustranda sua loca; nigredini verò, quia quamvis ad altum dignitatis apicem evehantur; non tamen inde superbescunt, sed de se humilia sentiunt, & iudicant, seque omnibus inferioribus minores reputant.

119. Sessor habet stateram in manu, hoc est, jus canonicum, & religiosum, ut omnia cum recto pondere, ac mensura agat, & disponat; & ne nimis, sit rigidus, ideo omnia quatuor animalia, id est, omnia quatuor Evangelia; in communi clamant: Bilibris tritici denario, id est, portio conveniens unius diei; & tres bilibris hordei denario; quia hordeum minus valet tritico; ne ergo Prælati, ac superiores toti sint in condendo, ac observando, & propugnando rigore legis; recordentur etiam, officii sui esse, pascere subditos, eisque tanquam patres, & Pastores, alimenta præbere, tam animæ, quam corporis; eis debitam portionem uniuscujusque die ministrare, majoribus portionem de tritico, minoribus verò, ut pauperibus de hordeo; & ne tantùm credant Prælati, munus suum implere, si stateram tantùm legis manu teneant, sciant, de ipso rigore legis minuire & ad pietatem condescendere; & idèd huic sessori cum statera in manu, clamant quatuor animalia, seu Evangelia, Vinum, &

Judex non reveretur personas. Thren. 4. Psal. 17. Nah. 1. Cant. 1. D. Nyssen. D. Gregor. Cassiod. Philo. Carp. Orgilitan. Beda. Richard.

Prælati, in dignitate de se humiliter sentiat.

Prælati se agat de rigore legis, ut suis necessaria provideat.

oleum ne laferis, id est, ne offendat, ac transgrediarur charitatem ac pietatem.

Hæc sententia sic explicata ex multis mihi videtur, & veritatis punctum attingere; & Primò, quia sic enucleata bene consonant cum verbis sacri enigmati, nec quidquam violentum, aut quidquam repugnans dicitur. Secundò, quia Ecclesiasticus principatus maximè spectat ad universalem cursum totius mundi, ad Christianam rempublicam, sicut alii principatus, qui in aliis equis designantur. Tertio, quia hic equus nihil designat infaustum, nam statera præcisè (sumpta nullius infausti symbolum, & quando ad hoc sonitur, est cum additamento doli, ut in alio Propheta. Quarò, quia omnia quatuor animalia insigniter huic equiti familiaria se ostendunt, quod minimè cum aliis equitibus faciunt; & quænam ratio est, cur quatuor animalia magis attendant ad hunc equum, ejusque sessorum, quàm ad alios, secundum, scilicet, & tertium, si æque, ac illi infaustus est, & bella, clades, ruinas, ut illi, denuntia: Quintò, Ipsamet admonitio à quatuor animalibus facta; Vinum, & oleum ne laferis indicat, hunc equitem non dicere bella, & mortes, ut secundus, & quartus designare videntur; sed quid valde familiare, ac domesticum, spectans ad regimen, ac sustentationem, & annonam subditorum.

Ex quo nota, quod, hic sessor, eisi habeat stateram in manu una, in altera minimè habet gladium, sed aliam veluti paratam, ut cibos distribuatur in subditos, ut adtonetur à voce clamante: Bilibris tritici denario; hoc est, debita portio diurna; quia si Prælati una manu tenet rigorem legis, ut eam impleat; alia diffundat suavitatem ad mitigandum ipsum rigorem.

Ad congregationem aquarum, in quibus, ut est valde solemne apud expositores, detrantur principes, ac populi, clamat David, Psalm. 103. n. 25. Hoc mare magnum, & spatiosum manibus. Non otiose manus attribuntur mari, sed ut illis vivant, & perseverent, quos in rerum natura alit ipsum, sed quem sunt manus, & brachia maris? sine dubio flumina, per quæ dulces aquas mianstret; si enim mare habet sal quo pungit, & restringit, habet etiam manus, & brachia, per quæ dulcissimam aquarum effundit; sic & Prælati, si habent sal, rigorem nempe legis, quo restringant, & pungant; habeant etiam dulcedinem cum alimonia, ut rigorem legis valeant mitigare, & subditos recreare; ad quod respicit Theophylus Antiochenus lib. 2. ad Aureolum: Caterum, ait, mundus comparatur, verissima ratione maris, quemadmodum mare; ni subinde sentiret, & experiretur fontium, fluminumque, secundum fluxum, & alimentum caperet ex salugine sua, ejusque dulcibus aquis ditaretur; jam dudum intercessisset: si mundus non haberet leges, & prophetas manentes, & scaturientes dulcedinem, misericordiam, justitiam; & doctrinam sanctorum Dei præceptorum, propter peccatum, & malitiam, qua duo in eo potenter, & copiose regnant, certe jam dudum intercessisset.

De anima sancta decantatur: Vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculo uniuersorum, in uno crine celli tui. Quam pulchra sunt mamma tue! Cantic. 4.

120.

Prælati temperet rigorem legis cum suavitatem & alimonia.

121.

122.

Psalm. 103.

Multiplici bonitate, ac alimonia rigor legis temperandus est. Theophyl.

123.

Cantic. 4.

num. 9. & 10. Laudaverat sponlam in uno oculo, in uno crine colli, seu ut legit D. Gregor. Nyssen, in uno torque colli; ac cum ad mammas ventum est, non unam, sed duas laudat, ac requirit. Si in uno oculo, in uno torque placeret, cur duo ubera seu mammas exoptantur: Nam si uno oculo erat invigilans super gregem, & uno torque colli sui ipsum gregem astrinxerat, & ligaverat; duas tamen habebat mammas, ut lactis dulcedine ipsum alimentaret, ac recrearet, tam in bonis temporalibus, quam spiritualibus ad quod tendit Gilbert. Abbas serm. 3. in Cant. His uberibus genuit abundare debet, qui doctoris, & Patris in Ecclesia locum occupat; his mammas à dextris, & à sinistris, ut qui ei commissi sunt, potenter à lacte, & satientur ab uberibus consolationis. Harum alteram reputa sinistram, alteram dextram; sinistram temporalibus subsidiis, dextram spirituali consolatione. Debet bonus Prælati, mamillis abundare, maximè pro providendis subditis, ut austeritatem legis multiplici dulcedine lenire videatur; & nota quod lex dicitur torques colli Prælati; quia jugum, quod imponit super collum subditi, debet in suo asportare.

QUESTIO XII.

Quare sessor in equo nigro portet stateram, & quod significet?

124. Auctores relati in quarta sententia superiori quaest. tenent, hunc equitem in equo nigro, esse hæresarcham, vel ejus præceptorem diabolum, & hic habet in manu sua stateram, scilicet, sacram Scripturam, ad quam vult omnia examinare, vel libare, & non in mente, sed in manu haber, quasi ad libitum versatilem, ut eam ad erroes suos, prout libuerit, torquat, & insectat, quod vitium maximè pungit D. Paulin. in felice Orgelitano Episcopo lib. 2. adversus eam, & ideo Divinus sponsus, ut expendit Aponius lib. 2. in Cant. 2. maximè exoptat, ut sua dilecta pateres suos juxta tabernacula pastorum; Cant. 2. num. 7. id est, juxta doctrinam Sanctorum Patrum, ac Doctorum Ecclesie, ut ab illis iniquis magistris fugeret, & declinaret; Valdè tamen inasitatum est, sacram Scripturam per stateram significari, & quod ab Hæreticis inclinetur in hanc, & illam partem, melius alio instrumento, lancea, vel gladio, poterat denotari.

Secundò Ticonius, Primasius, Beda, tertii sigilli mysterium de falsis fratribus, & præcipuè de hypocritis, interpretantur, qui sub dolosa sanctitatis imagine & falsa pietatis obtenta, vel sibi lucrum, & honorem captant, vel etiam aliis spiritualem perniciem, exitiumque comportant: cur tamen in manu sua stateram habere dicantur, cum æquitatis, qua omnino destruantur, & justitiæ sit Symbolum? quia hypocrita simulantes magnam justitiæ zelum, aliorum dicta, & facta examinant & investigant, velut ad trutinam perfectæ justitiæ; & quidquid convenit iusto judici, etiam isti veri transgressores, & callidi simulatores justitiæ,

D. Nyssen. Prælati, si habet vigore legis providet multipliciter subditis necessaria. Gillibert.

124. Hæretici pravo sensu Scripturam ad suos errores detorqueunt.

D. Paulin. Aponius.

Cantic. 1. Impugnatur dicta sententia.

Tico Primas. Beda.

Hypocrita simulantes justitiæ.

sibi arrogant, & usurpant; sic ait Primasius i Habebat, ait, stateram in manu sua, qua mensura similari significatur examinis; per quam singulorum merita perpendunt: quicquid enim in iusto congruit iudici, & transgressores usurpans: inde est illud. Isai. 14. Ponam thronum meum ad Aquilonem. Isai. 14. 116.

Vclut explicat Ticonius: Ideo stateram, ait, habebat in manu sua, quia dum se fingunt mali, justitiæ librum tenere, sic plerumque decipiunt. Sessor ergo iste stateram tenens in manu, hypocrita exprimit personam; intendit, se ple-nam justitiæ reputari qua tamen omnino vacuus est; sed nunc quæto nõ me primo sessori datus fuit arcus, secundò gladius magnus ut adversarios interficerent; cur ergo huic equiti, non datur arcus, quo sagittet in occulto re-ctos corde? vel cur ensè destituitur ad alios trucidandos? Equi nigri sessor talibus armis non indiget; quocumque enim gladio quibus-que talis nocentior, ac crudelior est simulata justitia, ac ficta sanctitas.

Tertio, Haymo: Statera perversa ejus suasio intelligitur qui vitam multo un mercari querit, ut suam esuriem satiare queat; & ut possit hoc facere; prius eis, quibus temporalia promittat, alimentum verbi Dei subtrahit, qua necatos in corpus suum assumens, sanam malitia sua au-geat, potiusquam de pellat: Dat vilia quæ am, & temporalia, ut auferat pretiosa, & æterna: sicut Ade dedit pomum, & torum per illum in suis suis accepit modum. Ad modum mercatoris se habet diabolus, mercatores statera utuntur, ut quæ sibi placeant mereantur, & ut pensent, quæ dant, quæ accipiunt: Ita diabolus, ut pessimus mercator, habens in manu sua stateram dolosam, ut dicitur Osæ 12. n. 6. præbens, se-cum commercium habentibus vilia, ut auferat pretiosa: præbens temporalia, ut adimat æterna, & hæc suos obsecrat, ut apud hos plus valeant temporalia, quàm æterna, ut ait Glossa moralis: Nam iudicat ad ponderandum multum temporalia, & modicum æterna: hic ergo optime adaptatur illud Psalm. 61. num. 10. Mendaces fiti hominum in stateris. Gl. moralis Psalm. 61.

Dico juxta superiori q dicta, quod hic sessor in equo nigro sit Prælati Ecclesiasticus, habet stateram in manu in signum totius justitiæ, & observationis juxta canonicas, Ecclesiasticas ac regulares leges secundum quas cuncta tenentur agere, & disponere. Proindeque statera hæc significat jus canonicum, & regulare, secundum quod cuncta trutinare debet, ut cuncta fiant pondere, & mensura, non solum quæ sunt fidei, sed etiam quæ sunt morum, & ad politicam Christianam spectant: ac proinde statera justè unicuique reddendum est jus suum, juxta pondera, & merita, quæ solum sunt attendenda, & non ad personas, ac alia æterna.

Hoc discant Ecclesiastici à supremo nostro capite Christo Dei Filio, cuius ad nos advenientes hoc signum posuit Isaias 11. n. 3. Non secundum visionem oculorum iudicabit. Et quæ magis certa forma iudicandi potest esse, quam ex his quæ homo videt? quomodo ergo ait propheta; secundum visionem oculorum iudicabit: Quæ verba sic leguntur à D. Cyrillo Alexand. Non ex opinione iudicabit, neque ex irmons arguet. Et quid est, non iudicare, secundum

Isai. 14.

116.

Simulata justitiæ omnibus armis nocentior. Ticoni.

127. Haymo.

Diabolus se obsecrat, ut plus ponderis videatur temporalia quam æterna. Ose. 12.

Gl. moralis

Psalm. 61.

128.

Prælati se pondus & mensuram cuncta gubernent.

129.

Isai. 11.

Non persona  
sed merita  
respiciantur.

D. Cyr. Al.

130.  
Psal. 103.

Praelatus sit  
veluti spiri-  
tus, carens  
carne, &  
sanguine.

D. Chryf.

cundum visionem oculorum, nec ex opinionibus id est, non iudicare secundum externam apparentiam personarum, nobilitatis, divitiarum, eorum, qui iudicio conveniunt, sed tantum attendere ad ea, quae intrinsecus latent, pondere scilicet, & mensura causarum & meritum; hoc est proprium signum Divini iudicis, qui iuxta naturam suam excellentiam, qua cuncta penetrat, iudicium efformat, nullum respectum personarum servans. Nostra D. Cytili, Alexand. ibi Non ex opinione, ait, iudicabit, neque ex sermone arguet. Digna res Deo, summaque natura consentanea. Evenim non ex opinione hominis intueri, sed rectum, & immortem in re quaque, & omnino irreprehensibile exercere iudicium, non ne omnium reum Regnam naturam decet, &c. Expende illud, digna res Deo.

Torus in admirationem raptus exclamat David, Psalm. 103. num. 4. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Angeli quando non fuerunt spiritus, ut torus admittabundus sit David, quid nunc quasi denuo sunt spiritus? non loquitur Propheta, ut est communis vox interpretum, de Angelis celestibus, sed de terrenis Angelis, scilicet Doctoribus, ac Pastoribus Ecclesiae Dei; in quibus non cessat mirari, quod cum carni ac sanguini sit, ita in regimine sui gregis aptentur, ut omnino incorporati, an insanguinei, & mercedem spiritus videantur; unde instat caelestium spirituum nulli propriae rei prospiciunt, sed tantum ad Dei, ejusque legis nutum attendunt, & ita supra omnes naturae vices superiores evadunt, ut zelus Dei, ac officii tanquam ignis comburat, ac extinguat, quidquid terreni pulveris in eis est: ad hoc respicit D. Chrylostom, homil. 2. de laudibus D. Pauli, eius Praelaturam commendans: Paulus, ait, in terra gradiens, sic se agebat in caelis, quasi Angelorum societate fruere. Nam passibili adhuc colligatus corpori, illarum perfectione gaudebat tanisque fragilitatibus subditus, in nullo infernis supernis virtutibus apparere, certabat. Nam, & tanquam pennatus totum docendo pervolaris orbem: & velut incorporatus, labores omnes, periculumque contem. sit.

QUAESTIO XIII.

Quare Bilibris tritici, & hordei denario proponuntur?

131.

Quid est bilibris.

Medio quatuor animalium auditur vox; quia non unum tantum hoc dicit, sed omnia quatuor Evangelia indicunt: Bilibris tritici denario, &c. Latium nomen, bilibris est, id est, bis, seu duplex libra: Graecè vero chenix, & est mensura aridorum, quam frumento plenam, unus homo quoridie sumere potest; idcirco vocari solet cibarius diurnus; Hinc communi praemia dicitur: Chenix ne insideas, id est, cum unius diei victum paraveris, ne quiescas, sed labora, & plus quaere.

Quantae vero quantitatis esset bilibris, seu chenix, variae sunt sententiae, de quo videndus est Alcazar, nota 7. Ribeira, hic nam, 19. tamen

132.  
Alcazar.  
Ribeira.

Attica, & communis, ut hic habet Cornelius ex Alciato, & aliis cum Alciato, continebat viginti septem uncias; sive etiam ut habet Galeus apud eodem, Cotylas tres: Corylae autem tres capiunt viginti uncias aquae, frumenti vero vulgaris uncias viginti quatuor, quae efficiunt bilibrem: & iuxta hanc rationem, una libra habet duodecim uncias.

Denarius autem, qua voce Latina in Graeco usus est noster Evangelista; à numero dictus est, & si sit Atticus, decem assibus aequivaleret quod correspondet duobus regalibus simplicibus Hispanicis; & erat pretium diurni laboris; operariorum diurna merces erat denarius. Bilibris, sive bis libra tritici, vendebatur uno denario; & tres bilibres hordei uno denario; hordeum enim triplo vilius esse solet tritico.

Ad quaestionem ergo, Ribeira, Pererius, Cornelius, & Joannes de la Haya, cum per hunc fessorem in equo nigro intelligant diabolum, vel haereticum, dicunt, stateram in manu esse falsam intelligentiam Scripturae, quam ipse male inclinat, in hanc, & illam partem; & bene dicitur: bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario. In sacra Scriptura est testamentum novum, & vetus; triticum significat testamentum novum, seu Evangelium, in quo granum frumenti Christus pro nobis mortuus est; & berè bilibris nomine significatur, quia fide, ac dilectionis praepro constat Evangelium; Tres autem bilibres hordei, quod est asperius, vetus testamentum significant, & bene trilibres dicuntur, quia ex legalibus, historicis, prophetis constat: Denarius autem cum perfectus numerus sit, perfectionem fidei formatæ significat; quo denario veræ fidei formatæ comparatur perfecta intelligentia Scripturarum, tam novi, quam veteris testamenti; cum ergo à fessore in equo nigro magna inducatur fames, ac penuria Divini verbi, rectaque intelligentiae novi, & veteris testamenti, unico tamen denario, ac merito perfectæ fidei comparari potest.

Hæc quamvis per aliqualem accommodationem sint dicta, tamen multum repugnant cum his, quae dixi supra, quæst. 11. ubi monstravi, hunc fessorem non esse diabolum vel haereticum: minus verò aptè loquitur Alcazar, qui vult hæc esse dicta ob voluntariam paupertatem, in qua vivendum est, non cum abundantia, & satietate, sed parè, cibo sufficienti ad vitam. At de voluntaria paupertate hic non agitur, in hoc sigillo; nam de ea jam fuit apertum in Evangelio, cum Christus prædicavit voluntariam paupertatem, & maxime ad praxim deducta est, cum in die Pentecostes Spiritum sanctum misit in Apostolos, Viegas sect. 3. persistens in sua sententia de destructione Hierosolymæ: Hæc Bilibris tritici denario, &c. accommodat ad vile pretium venditionis Judæorum; sed destructio Hierosolymæ jam multis annis præcesserat, quando Joannes hæc scribebat, & liber iste est propheticus de futuro eventu Ecclesiae usque ad finem.

Maximè tamen ad quaestionem cur triticum & hordeum eodem denario ad emptionem proponuntur? Nam & Primò per triticum perfectiores intelliguntur, qui sine palea sunt Deo suavis cibus, tribulationis igne excoctus; per hordeum autem non adeo perfecti designantur,

133.  
Quid sit denarius.

134.  
Ribeira.  
Perer.  
Corn.  
La Haya.

Testamentum  
novum, &  
vetus.

135.  
Impugnatus  
Jemenita.

Alcazar.

Vicras.

136.  
Perfectiores  
& qui non  
sunt tanta  
perfectionis

in

D. Anselm.  
Thom.  
Ang.

137.

Nihil sive  
magnum sive  
parvum, sine  
debita mer-  
cede manet.  
D. Bernard.

Dan. 5.  
D. Chryf.

138.

Praelatus dis-  
tribuat bona  
pro ratione  
meritorum.

in quibus est aliqua imperfectio palea; quomodo ergo eodem concluduntur denario, cum sint disparès: Triticum enim dum in bonitate, ac valore superat hordeum. Rectè tamen, & in bilibri tritici, & in tribus bilibribus hordei unicus est denarius: quia non solum perfecti, sed etiam qui minoris sunt perfectionis, eodem sanguine Christi sunt redempti. Unde D. Anselm, Laudis sic ait: Denario, id est, unico pretio sanguinis. Et Thomas Anglicus: Christi sanguinis denarius, quia pretium est hominis empti, sive denarius rei venalis.

Secundò, cur hordeum, sicut & triticum, ponderatur in statera? Per triticum intelligit D. Ambrosius, illustria Sanctorum opera; per hordeum verò minoris pretii, ac momenti facta. Ecce cur utrumque in libra ponitur! Ecce cur utriusque denarius respondet, omnia à Deo ponderantur ut nec magnum, nec parvum sine mercede maneat. D. Bernard. In tritico, & hordeo ponitur denarius, quia majoribus, & minoribus idè praemium essentiale, est commune: Deus enim omnia, sive magna, sive parva, ponderat, tanquam, in statera, ad proportionatam remunerationem, ait Daniel, 5. n. 47. Babylonicis Regi apud D. Chrylost. in Psalm. 95. Libavit Dominus regnum tuum, &c. Expende illud, libavit, ac si diceretur, per libras, & uncias, & semi-uncias, ponderavit, ut iuxta pondus, & mensuram sive parvam, sive magnam, sit & conveniens remuneratio.

Juxta nostram sententiam dicimus, quod rectè quatuor animalia, seu Evangelia in communi admonent hunc fessorem in equo nigro; & dicunt bilibrem tritici dandam esse denario; & tres bilibres hordei dandas esse denario: distinctio tritici, & hordei, & mensuram dicit distinctionem in rebus significatis: similitudo denarii dicit & similitudinem meritorum: denarius enim merces est unius diei juxta parabolam de operariis vineæ. Et inde significat merita, & dignitatem operariorum; triticum est quid melius hordeo, & est cibus nobilium; Hordeum est quid deterius, & est cibus pauperum. Quatuor ergo Evangelia admonent hunc fessorem, seu Praelatum Ecclesiasticum, qui habet stateram in manu ut pro ratione meritorum distribuat bona Ecclesiae; magis dignis det majora praemia, bilibris tritici pro denario, id est, meritis. Et minus dignis det majora praemia, scilicet tres bilibres hordei, pro denario scilicet meritorum: ut ita in distributione servetur proportio cum meritis.

Secundò in hoc etiam rectè admonent quatuor animalia, seu Evangelia; Praelatum Ecclesiasticum qui habet stateram in manu, ne totus sit deditus rigori legis, & pro condendis ordinationibus, sed etiam suis provideat de alimonia, ac convenienti sustentatione, ut primis, ac majoribus Bilibris tritici, id est, bis, seu duplex libra tritici, quæ est conveniens portio pro alimonia unius diei, & etiam minoribus, & pauperibus provideat, tres bilibres hordei, hoc est, de inferiori cibo, & substantia, & rectè pro majoribus dicitur bilibris tritici; nam in vita perfecta duplex datur via, una in contemplatione; altera in actione; una in vita contemplativa, altera in activa; & quatuor animalia, ac inferiores, Tres bilibres hordei, circa in Apocalypsim. Tom. I.

Praelatus suis  
provideat de  
alimonia ne-  
cessaria.

id est, sex librae, nam in remuneratione justorum; sex pauperum species Christus numerat: Primò, Esurivi, & dedisti mihi manducare. Secundò, Sitiivi, & dedisti mihi bibere. Tertio, Hospes eram, & collegisti me; Quarto, Nudus, & cooperuisti me. Quintò, Infirmus, & visitavisti me. Sextò, In carcere eram, & venisti ad me. Matth. 25. n. 35.

Ille autem est aptus ad regimen, qui est fructiferus, suisque provideret in necessariis, non verò qui est infructiferus, & vacuus debita providentia. In regimini regni auspicium vidit Joseph, ut fratribus suis, ait: Purabam, nos ligare manipulos in agro, & quasi confurgere manipulum meum. & stare, vestrosque manipulos adorare manipulum meum. Genes. 47. n. 7. Genes. 47.

Ecce manipulus Joseph confurgit, & stat, quem fratrum manipuli adorant; & unus manipulus Joseph sic se super fratres extulit, ut ab eis deberet adorari, in magnum jam regni auspicium? Quænam causa, ut alii qui erant majores natu, unum ex minimis fratribus adorarent? Joseph sua solertia, ac industria, frumento abundabat, quando fratres frummenti expertes erant: Ille fructuosissimus erat in sustentandis Aegyptiis, & omnibus aliis; fratres verò totaliter steriles, & vacui: Meritò ergo principatus deferretur ad manipulum plenum, non ad vacuos & steriles, coguntur fructuosam adorare, cum tantum ille, qui aliis scit providere, ad clavum regni dignus sit. D. Augustin. serm. 81. de tempore: Vidit Beatus Joseph somnium, ait: quasi stantem se in agro cum fratribus suis, & manipulos alligantem, & fratrum manipulos adorare manipulum suum. Hoc in Joseph tunc impletum est, quando cum in Aegypto adoravit fratres sui: & non incongrue coacti sunt steriles manipuli, fructuosum manipulum adorare.

Valdè celebris est Apologus, qui proverbialiter circumferebatur apud antiquos Urae Lyran. Abiss. Iudic. 9. de quo dicitur Judic. 9. n. 8. Dixerunt ligna ad arborem ficum veni, super nos accipe regnum. . . locustaeque sunt ligna ad viem: veni, & impera nobis. . . Dixeruntque omnia ligna ad Rhannum, veni & impera super nos. Ligna erant, quæ comitia celebrant pro eligendo sibi rege, cur ergo ex his comitiis non tendunt ad viridantem laurum, altissimamque cedrum, ac frondosam ulmum; sed his praetermissis, ad olivam; ficum, & vitem contendunt, eis principatum offerentes; In sensibilia ligna nihil spectant prius in sua electione, quam quod frugiferae arbores habeant regnum, in frugiferaeque frugiferis sint subiectae; etiam ratione ex Patribus manifestum, & sanctum est; regnum non nisi fructuosius de ferendum esse, ut inde colligas, quam in sensibilibus lignis sint, qui infrugiferos amant in principatu videri, & ne gradum facientes pro frugiferis; praeficiendis, ad solos thannos, scilicet steriles spinosque contendunt.

141.  
Lyran.  
Abiss.  
Iudic. 9.

Ad principatum solum assumatur, qui sit frugiferus.